

Bibliotheca Christophei Iustellii  
THOMÆ

# BRADWARDINI

ARCHIEPISCOPI OLIM  
*CANTUARIENSIS,*

DE CAVSA DEL,

CONTRA PELAGIVM,

ET DE VIRTUTE CAVSARVM,

Adsuos MERTONENSES;

LIBRI TRES:

Iussu REVERENDISS. GEORGII  
ABBEOT Cantuariensis Archiepiscopi;

OPERA ET STUDIO DOMINI HENRICI  
SAVILLI, Collegij Mertonensis in Academia  
Oxonensi Custodis,

*Ex scriptis Codicibus nunc primum editi.*



---

LONDINI,  
EX OFFICINA NORTONIANA,  
Apud IOANNEM BILLIVM.  
M.DC.XVIII.



SERENISSIMO  
• E T  
POTENTISSIMO PRINCIPI,  
• IACOBO,  
DEI GRATIA MAGNAE  
BRITANNIAE, FRAN-  
CIAE ET HIBERNIAE  
REGI  
VERAE FIDEI ASSERTO-  
RI ET PROPVGNATORI  
BONARVM LITERA-  
RVM FAVTORI  
OPTIMO,  
MAXIMO,  
INDVLGENTISSIMO:

HOC

HOC  
THOMAE BRADVAR-  
DINI, ARCHIEPISCOPI QVON-  
DAM CANTVARIENSIS  
OPVS E SITV VIN-  
DICATVM.

HENRICVS SAVILIVS,  
MAIESTATI EIVS DEVOTISSI-  
MVS, IN PERPETVI OBSEQVII  
MONVMMENTVM D.D.  
CONSECRATQVE.

(\*,\*)



LECTORI

LECTORI HEN. SAVILIVS.



E auctore mihi pauca præfari volenti occurrit primo loco Nomen, quod in veteribus libris nostris varie scribitur: Thomas de Bradwardina & de Brede-  
wardina: quomodo constanter scribitur in Actis Publicis. Exteri homines fere omnes, deflexo nomine, euphoniam, vt puto, gratia, Brauardinum nominant: Grison lib. 2. de vita spirituali Bragwardinum: Autor Catalogi Testium, & Gesnerus Brandwardinum. Apud Joannem Baconem (Hue Bacontorium, vt alii placet) super 4. Sentent. Distinct. i. Quæst. 4. fol. 86. Editionis Venetæ 1527. Bradinkardin appellatur flagitioso Typographi errore, non ipsius Baconis, qui, cum fuerit <sup>in 1500, 1510, 1520</sup> Bradwardino (ex eodem quippe alueari uterque profecti, Collegio scilicet Mertonensi) rectam nominis contubernialis sui scripturam ignorare non potuit. Hæc eo fortasse pluribus in re non magna, vt doctis omnibus constet eundem esse auctorem, qui varijs his paucis nominibus appellatur. De loco Nariculatis putabam aliquando apud Bradwardin castrum, & siccum natum fuisse (hunc est castrum illud, attestante doctissimo, & diligentissimo Camdeno Nostro, ad ripam Yaga fluminis aliquot supra Herefordiam miliiarij) sed me ab hac lenitentia non improbabiliter reuocarunt expressaveri a ipsius Bradwardini lib. 3. cap. 22. pag. 559. huius editionis, ubi non obscurè, vt mini videtur, innuit se Cicestria oriundum. Verba sunt, *Persimilem etiam rationem quicquid nunc scribo Oxonie, scriberet pater mens Cicestria, qui genuit me scrip- tem, in me annis 2 propositis, &c.* Ut non multum aberat videau- tur Balæus, & Antiquitatum Britannicarum Auctor, qui Hart- feldiae natum assertus in Diocesi Cicestrensi, quibus auctori-

bus, aut quibus permoti arguerentur, nescio. Apud me certe illa Auctoris verba preponderant, dura iquid certius ab alijs asseratur. Interim certe verisimilem fore, spissi maiores apud castrum, vicumque Bradwardinum natos, inde cognomentum sibi, posterisque etiam alio commigrantibus (quod apud nostrates frequentissimum) acquisuisse: ac horum Bradwardinensium forte aliquem, sic nouis sedibus Cicerchia fuisse, in filium suum Thomam hunc nostrum nomen illudiam tum obtinens ac gentilium transfusisse. Quo anno natus sis, quemadmodum nihil pro certo assueauerim, (vt sunt magnorum saepe virorum principia obscura, quorum functiones exiit) ita, cum Procuratorem suisse contaret Vniuersitatis Oxoniensis Anno 1325, circa annum Domini 1290. natum crediderim, medijs temporibus Regis Edwardi Primi. Post emenā puerilia studia admissus est in Collegium Mertonense Oxonij tempore Edwardi Secundi, vbi Procurator Vniuersitatis fuit, vt dixi, sic enī in Catalogo Cancelleriorum, & Procuratorum eiusdem Vniuersitatis scriptū reperti: An. 1325. *Willielmus de Alburyke Cancellerius Oxoniensis, & Richardus de Kanshall Commissarius eius Procuratorēs Willielmus de Harington, & Thomas de Bradwardina.* In qua Vniueritate, maturore iam aetate, tempore vt puto, Roberti Trengae Custodis, ad tantum, inquit Balæus in prima editione (quam totam putant quidem ex Lelando decriptam) doctrine peruenit incrementum, ut *supreme facultatis magister*, ac sumimus deinde Cancelleriae (de quo nubilicet bona cum Balæi & Lelandi via) constitueretur in quo officio ita se gessit, inquit, vt ab omnibus magnam commeruerit laudem. In hoc curriculo literatio solidam ex Aristotele, & Platonis fontibus haust Philosopham, sed in artibus Mathematicis, ac Theologia eius potissimum eluxit industria, ac in Mathematicis quidem ita excelluit, vt patet illa etas tulerit fortasse neminem. Testes sunt tabule Astronomica exquissite descriptae aequationum Planetaryrum, & coniunctionium, ac oppositionum luminarum, quas penes me habeo magna cum diligentia manu exaratas volumine satis crasso. Testes libellus de proportionibus velocitatum, alijs de Arithmetica Specularia, alijs de Geometria Specularia (quem librum liber 4. de tradendis disciplinis laudat Viues omnes

omnes ratiōnē Parisijs excusi. In Theologia vero palmaris est (nam plurimos alios conscripsit in omni disciplinarum genere, si credimus Balæo, mihi non tractatos) paliam facile, inquam, obtinet liber iste, quem iam ex manuscriptis sex edimus, contra Pelagianorum perfidiam, heresim omnibus subinde extatibus, vt experientia docet, in Ecclesia succrescente; quem ex lectionibus Oxoniensibus magnam partem concinnatum, & contextum (vt ipse in proximo docet) ad petitionem suorum Mertonensium limauit, & edidit in lucem, cūm esset Cancellerius Londinensis. ~~Exponit~~ est ea, quam præposui, in omnibus fere, quos vidi, manuscriptis, in libro tamen Collegij Novi „ Oxon. titulus est: *Summa Doctoris profundi de causa Dei contra Pelagianos, & de virtute causarum, virtute Dei causæ causarum.* In Bibliotheca Vaticana ad eundem fere modum; *Summa Doctoris Profundi Thomæ Bradwardini de causa Dei contra Pelagianos, & de virtute Dei causæ causarum.* Fuit hic liber, statim atque editus est, tanto omnium Doctorum exceptus aplausu, vt per omnes fere Bibliothecas totius Europæ describeretur. Germon, vt ad notum auctore, saepe remittit in libris de vita spirituali: *Gregorius Arminensis super 2. Sent. fol. 96. col. 3. & fol. 114. col. 2. & 3.* vt taceam de Pico Volaterano, Cassandro, Autore Catalogi Testium (qui totam huius libri præfationem in suum transfusit syntagma) & ex recentioribus Latio, Perkins, alijs, dum tamen adhuc in Bibliothecarū istu, & puluere delitesceret. Nam de Galfrido Chaucero illorum fere temporum æquali, poetarum nostrorum principe, acris iudicij, non lepidi tantum ingenij, viro, qui de Thoma hoc nostrate non tacuit, nobis nefas nichil tacere. Is, cūm esset Philosophicus Theologicisq; haud mediocriter imburus, ac hisce Cantuariensis Archiepiscopilubrationes iam tum recens emissas, vt videtur, peroluisset, pro more suo iocis seria intertexens, in fabella quadā Cantuariensi, ardenti de Dei præscientia, rerumque contingētia quæstionē obiter attigit, ac Augustino Bradwardinum annumerat, ex ijs. num scil. qui in difficulti hac controversia exagitanda farinā usque ad furfures (sic enim familiariter, eleganterque ille noster) excusserunt, hoc est veritatem in profundo demersam elicuerūt. Ipsum, si placet, (placet autem antiqua stili simplicitas) focco suo indutum in medium deducamus.

LECTORI.

In the Name But what that God forewote, must needs bee,  
Priestesse. After the opinion of certaine clerks,  
Witness of him that any clerke is,  
That in Schoole is great alteration  
In this matter, and great disputacion,  
And hath beene of an hundred thousand men.  
But I ne cannot boute it to the breyn,  
As can the holy doctour S. Austin,  
Or Boece, or the Bishop Bradwardyn.  
Whether that Gods worthy foreweting  
Straineth me needly to doe a thing,  
(Needly else I simple necessite)  
Or if the free choice begranteth me  
To doe the same thing, or do it nought,  
Though God forewot it or it was wrought.  
Or if his weting straineth never a dele  
But by necessite conditionele.  
I woll nor haue to done of such matere.

*Non curire non potest, quicquid Deus  
Preficit sita fort crebra Doctorum cibos.  
Hic literatum quemlibet testem voco  
Quoniam virisque facultas hi bre Scholas  
Trinit, teraque pene inextricabilis  
Ingenia redi centes milie implicans.  
Excitare rudes hanc ad que furfures  
& Quod ab Augustino presbitum, & Boethio  
& BRADWARDINO Episcopo mansum poteris.  
Virilam me divina presencia  
Ad aliqaid vnum, ut exequar, necessiter:  
(Necessitatem nesciit autem instigare)  
An mibi sit huius sine agendi finis  
Electioni salutis libertas, licet  
Prescribit ipsam hoc, et regiam fieret, Denuo.  
An prescientis obliget necessitas  
Illa una, quam supposita conditio facit.  
Intam profundum hanc ergo insillam mare.*

\* Bradwardinum Doctor proinde nominatur per Bradwardinum. Sed etiam sequitur nec cellaverit.

Ad nostrum vero Bradwardinum ut redeamus; Profundi cognomen, sive à Papa impositum, ut est in antiquo registro \* Mertonensi, sive communibus Doctorum per omnem Christianum suffragijs receptum, adeo de illo eualuit, ut non minus Doctoris profundi cognomine notus sit Bradwardinus, quam Doctoris Subtilis, Scotus, aut Doctoris Angelici, Aquinas. Atque, ut huius libri genius Lectori melius innotescat, non abs re fuerit pauca præmonitione: Primo Thomam nostrum, cum summus esset Mathematicus, ut ex præcedentibus apparet, etiam in Theologicis tractandis non recessisse ab arte. Itaque primus, quod sciam, & solus hanc viam tentauit in Theologicis, ut filo Mathematico Theologica contexeret, ponendo scilicet primo loco duas hypotheses, quasi principia, & ex iis proxima quæque demonstrando, & corollaria deducendo, petitis etiam ex Euclide probationibus; deinceps ex hypothesis, & prædemonstratis reliqua omnia perpetua serie ad finem visque operis attexendo; quo fit ut conclusiones eius cuiquam fortasse nimis alte pectuæ videantur. Quod si in lemmatibus, & propositionibus non semper ~~admodum~~ illam Mathematicam posuit usquequa assequi, meminerit Lector non id Auctori impun-

LECTORI.

imputandum, sed subiecte, quæ in tractat, materię. Nam, ut rectissime docet Philosophus, mentis opere boni tibi nonnulli aperte patentes, ratiōne dicas, quod id est utrumque patet quod sapientia per se est, ut patet ratione, & patet ratione, ut patet ratione. Aliud quoque est quod delicatas aures fortasse non nihil offendat, librorum quorundam apocryphorum, aut plane ~~non vobis~~, citationes. Qualia sunt Aristotelis *Secreta Secretorum*, Vaticana Platonis, *Ouidij libellus de Vetiula*, & aliae id genus quisquiliæ. Sed nimium hoc magnis Nostri Bradwardini virtutibus, ipsisque adeo temperibus, ut erat illa ætas minimè omnium Critica, condonandum. Huc adde, quod librorum istorum fidem etiam ipse non semel in dubium renocet. Quod si cui tantum ab re sua otii fuerit, ut loca ex Patribus passim citata inspiriat, & ex fontibus emendet, locisque ex Aristotele, & Platone desumptis, vel adscriptis græcis, vel apposita alia translatione paulo tolerabiliori lucem inferat, næ is Bradwardino Nostro bonam, & utilem nauauerit operam, magnam certè à studiosis eius Lectoribus inierit gratiam. Sed ea res ijs, qui denuo hoc opus edicari sunt, curè esto; sat mihi sit, hac ingrauescente ætate, qualem in scriptis codicibus reperimus Bradwardinum, tales fide optima posteritati non inuidisse. Iam, ut ciuilis, publicamque eius vitam paucis attingam, post gestum in Vniuersitate Oxoniensi Procuratoris munus, & (si Balao credimus) summī Cancellarij ibidem magna cum laude administratam dignitatem, post professionem Theologicam Oxonij per annos bene multos, adhæsit Richardo de Bury, Episcopo Dunelmensi, viro illius ætatis facile doctissimo, & doctorum omnium Patrono singulari, & quod ipse de se in libello quodam a se edito, cui titulus *Philobiblos*, testatur, librorum vndeque, prout illa ætas ferebat, corrigandorum infano quodam amore impotenter abreptus. In huius itaque, ut dixi, familia vixit Bradwardinus per aliquod tempus, vna cum alijs septem ex sodalitate sc̄re Mertonensi profectis, maximi ingenij, maximæ doctrinæ viris; de qua re opere preclaram erit verba Dunelmensis historiæ audire non vna de causa memoratu dignissima; Plures semper Clericos habuit (Richardus de Bury Episcopus Dunelmensis

## LECTORI.

neliensis) in sua comitatu de quibus fuit Thomas Bradwardin postea Cantuar. Episcopus, & Richardus Fitzraese postea Archiepiscop. Armachanus, Walterus Burly, Johannes Mandeville, Robertus Holcot, Richardus Kilwington (alias Kilmington) omnes Doctores in Theologia: Richardus Bentworth postea Episcopus London, & Walterus Seagraue postea Episcopus Cirensis. Et quolibet die in mensa solitus erat habere lectionem, nisi forte per aduentum Magnatum impediretur; & post prandium singulis diebus disputationem cum clericis prænominalis, nisi maior causa impediret. Factus est deinde Bradwardinus Noster Cancellarius London (quod fortasse erroris ansam præbuit Baleo.) tanteq; fuit integratus, & innocentia, ut hanc non sibi episcopi beneficio vix & agre Canonicatum Lincoln passus sit adiungi. Quo tempore non ob eruditionem solum, sed multo magis ob morum virtutemque sanctimoniam à Stratfordo Archiepiscopo Cantuar. delectus est, vt regi Edwardo Tertio à sacris confessionibus esset; cui cum comes esset assiduus in bello Gallico, quod tantis duorum potentissimorum Régum opibus, tantis animis, tanta eventuum varietate gestum est, rebus pierunque ad Anglos inclinantibus, ita & Regis ferocientes victorijs spiritus temperavit, & militarem insolentiam compescuit, habitus saepe coram exercitu concionibus ea prudentia, & verborum lenitate, vt non defuerint inter scriptores temporum illorum, qui insignes illas Edvardi victorias huius potius sanctitati ac virtutibus acceptas ferendas existimarint, quam cuiusquam sitae fortitudini, siue prudentia. Post Stratfordi mortem Monachi Cantuarienses Thomam nostrum postularunt in Archiepiscopum: que tamen postulatio frustra fuit, Edwardo Rege talem vi-  
rum de suo comitatu dimittere recusante. Sed renuntiato Johanne Offordi, eoque statim defuncto, cum Monachi Bradwardinum iterata electione postulassent, annuente Rege, Papaq;, summa omnium ordinum consensione, sine ambitu, ac nemine refragante, quod illis monribus rarum, Archiepiscopus declaratus, in Ecclesia Fratrum minorum Auenione sacratus est, ubi, cum mores Curiae non satis nosset, homo in Scholis ab ineunte ærate castisque versatus, ab illis comptulis Aulae ecclesie, non tamen

## LECTORI.

tamen fine stomacho virorum gratitimi ex modestorum, irrisus est. *xx. annos meos...* Post consecrationem domini reveritus habuit temporalia sibi restituta, & fecit Regi pro more fidelitatem, vt ex Actis constat. 22. Augusti anno 1349. Edw. 3. 23. nec multas postea septimanas superites moritur Lambethæ Octobri sequente, nec expletis inthronizationis cærementijs, vir longiore vita dignissimus, siue morum probitatem spectemus, siue eruditio- nem, vt in illo saeculo, singularem.



PRAE-



## PRÆFATIO

# THOMAE DE BRADW<sup>A</sup>R<sup>II</sup> DINA CANCELLARII LONDON, INTRES LIBROS DE CAVSA DEI CONTRA PELAGIVM, ET DE VIRTUTE CAVSARVM.



*Agnorum & multorum petitionibus atque repetitionibus || cumulatis incessanter sollicitor, ut quæ nuper d. causa Dei contra Pelagium, & de virtute causarum, in casis scholasticis militando, voce transeunte deprompsoram, scripture mancipem remanentii. Verum hanc dubio, sicut Dei amici in causa Dei postulare me provocant & confortant, ita & amici Pelagi, super numerum plures isti, mereuocant & deterrent. Ecce enim, (quod non nisi tacita dolore cordis intrinsecus refero) sicut olim contra unicum Dei Prophetam contingenti & quinquaginta Prophetæ Baal, & similes sunt reperti, quibus & innumerabilis populus adhærebat; ita & hodie in hac causa; quot, Domine, hodie cum Pelagio, pro Libero Arbitrio, contra gratuitam gratiam tuam pugnant, & contra Paulum pugilem gratiæ spiritualem? Quot || etiam hodie gratuitam gratiam tuam fastidiunt, solumq; Liberum Arbitrium ad salutem sufficere stomachantur? aut si || gratiæ vtantur, vel perfundoriè necessariam eam simulant, ipsamq; se iadant Liberi sui arbitrij viribus promisererit, ut sic saltem nequaquam gratuita, sed vendita videatur? Quot etiam, Deus omnipotens, impotentes de sibi potestate*

potestate arbitrij præsumentes, tuae cooperationis auxilium in operacionibus suis recusant, dicendo cum impijs, recede a nobis? Quo in super Domine, sibi libertatem arbitrij extollentes, tuam refugunt seruitorem? Vels te cooperari cum eis saltem labijs fateantur, cum illis superbis & odibilibus ciuibus tuis quondam, te super eos regnare diffugiunt; immo & superbiores Lucifero æqualitate tui nequaquam contenti, super te, Rex Regum, impudentissime gestiunt se regnare? Non enim verentur astreue suam voluntatem in actione communi præire ut dominam, tuam subsequi ut ancillam; se praire vi Dominos, te subsequi sicut seruum; se velut Reges præcipere, te tanquam subditum obedire. Qui nimis & voluntati sue in contingenter futuri omnimodam tribuunt libertatem in tantum, ut etiam contra vocem Propheticam à tua subiectione exemptionem prætendant, & voluntatem tuam liberrimam, omnipotensissimam & immutabilissimam || cum haec aduenient in præteritum velabantur de summa arce libertatis antiquæ deiçere, & nouelle necessitatibus irreperabili seruituti subiucere moluntur. O Domine Deus meus, non nisi gemebundus recognito, quot & quanti iudices || se leges Pelagianos, olim damnatos, & à totius Ecclesiæ finibus relegatos absoluere & reconciliare sollicitè machinantur! Quoi iurgiai aduocati pro eis vociferantur! Quot improbabiles procuratores partem eorum procurant! Quot insuper, Domine, argumenta artificialia non habentes, ad inartificialia se conuertunt, & ut partem Pelagianorum extollant saltem clamoribus, horribilibus probris, conciuicis, risu & gestu, partem tuam deprimere amittuntur! Et quot & quam innumerabiles eis furent! Totus etenim pene mundus post Pelagium abiit in errorem. Exurge igitur Domine, iudica causam tuam, & sustinentem te sustine, protege, robora, consolare. Scis enim quod nusquam virtute mea, sed tua confusus, tantillus aggredior tantam causam:

Verum talia mihi supplicanti diutius & anxius deprecanti, ecce nuper in cuiusdam noctis silentio, postquam coram Domino præcordia mea fudi, soporatus didici & inueni, quod ipse est qui post tempestatem facit tranquillum, & post lacrymationem exultationem infundit, ac omnibus inuocantibus eum veraciter prope adeat. Videbar nempe mihi videre diurno lumine circumfuso, me multum supra terram in aera subleuari, sicque ab Oriente versus partes occiduas ascendendo intrepidum profici: quodque Pelagius veniens ex aduerso, apprehensa

sinistra mea consertisque digitis, tota me violentia ad terram detrahere conabatur; cui & proprij roboris accinctus fiducia plurimum reluctabat, talisque lucta non mediocriter anxia diutius perdurauit: sed & Pelagio continuè premalente, & me pœnè ad infima detrahente, ipse in meipso responsum desperationis accepi: tota tamen virtute renitens ad diuinum configi auxilium toto corde, statimque Pelagus soluta manu præcepit detruditur, & || tracta ceruice corruit super terram, clausisque oculis mortuus iacuit resupinus. Ego autem super terram remansi in aere ascendens & progreendiens sicut ante gratulando iucundius & mirando. Hinc ergo spiritu fortitudinis confortans, spem hauis, quod de superbo Pelagio Principe Pelagianorum possem, (quare & de vniuerso eius exercitu) Christi parvulus triumpharem: non autem ego, sed gratia eius mecum: me tamen cum ea pro viribus laborante. Non enim mea est causa, nec meum est bellum; sed Dei, Domini scientiarum, exercitum, & virtutum, ego autem [sub ipso] sustineo partem eius. A quorum igitur dilectibus, à quorum insultibus, à quorum furoribus aut terrribus trepidabo, tanti Patroni protectione tutissima communitus? Quamobrem qui est Domini, iungatur mihi; immo non mihi, sed ambo Domino coniungantur, stenus simul, quis contra nos? Scio enim quod unus, cum quo est Dominus, mille aduersarios persequetur, & duo decem millia effugabunt.

Porro, sicut antiqui Pelagiani ventoso nomine saecularium scientiarum inflati Confessorum Theologicum conseruantes Philosophicum flagitabant: ita & moderni. Audiri namque quodam aduocatos Pelagi, licet multum proiectos in sacris apicibus, affirmantes Pelagium nusquam potuisse conuinci per naturalem & || philosophicam rationem; sed vix arguebatur utcunque per quasdam autoritates Theologicas satis nudas, maximè autem per autoritatem Ecclesie, qua Scriptis non placebat. Quapropter per rationes & autoritates philosophicas ipsos disposui reformare. Et quia insuper omnes Pelagiani communiter, tam veteres quam recentes, Scripturas Canonicas & Catholicorum Doctorum, ad sua pertinacitatis perniciem pervertere flagant, ipsarum intelligentiam solidam elucidandam sincerius arbitrabar. Et quia in immoderata multitudine enientes partem Dei conantur opprimere, & multa testium Dei turbas reprimere statuebam, ne & ipse contra tot bellus videar singularis, præserium in causa tam anticipi & sublimi. Et quis efficerit ista paucis? Quot namque voluminibus

P R A E F A T I O.

Sandi Patres syluam Pelagianarum hæresim succiderunt. Et quot adhuc propagines venenosæ de antiquis radicibus multiplicius pullulant & succrescent? Sicut enim antiquitus sic & modo. Primo namque horum Hæresiarcha Lucifero, nolente Deo subesse, sed coesse, per Michaelm deiello surrexit Caim, existimans peccatorem nequaquam iustificari gratis à Deo per gratiam gratis datum; sed per meritum antecedens; quo divina ultiōne prostrato surrexit Nembrot, qui, Iosepho re citante, suadebat hominibus, ut nequaquam Deo ascriberent, quod ipsis felicitas eveniret; sed quod hæc eis virtute propria præberetur, & ut spem suam in propria virtute reponerent, non in Deo. Multitudo etiam prona erat, ut eius præceptionibus obedirent; obsequi Deo, graue seruitum reputantes. Sicque homines à Dei reuocavit timore, fecitque elatos, ad Dei iniuriam & contemptum atque ad tyrannidem adducebat. Cuius præsumptione sacrilega per Abram Patriarcham retulit, surrexerunt illi vaniloqui & magniloqui arbitrantes labia & sermones sibi à se esse, quare & Deum habere dominum deditantes. Horum & filii Sadducæi, teste Iosepho, affirmare videntur, quod bonum & malum hominum electioni proponitur, & unumquemque ex voluntate propria fine Deo eligere hoc, vel illud. Quibus & per Prophetam correptis, surrexerunt quidam Hebræi, Graci, & Romani Christiani, qui dicerent se meritis suis fidei gratiam suscepisse, quibus & per Apostolum redargutis, surrexit Pelagius Brito, qui contra Dei gratiam, & eius auxilium superba bella commovit: Quo per patres Calibicos condemnato, Julianus & Celestius eandem hæresim renouarunt; quæ & per Patres orthodoxos extincta, à Cassiano iterum suscitatur, quam & Prospere prosperè castigauit. Verum & circa idem tempus caput eadem hæresis in Britannia latissime pullulare. Propter quam venerabili Beda in Ecclesiastica Historia Gentis Anglorū, & Henrico Huntindon in Historia Anglorum, narrantibus Germanus Antistodorensis, & Lupus Trecassenhs Episcopi, licet dæmonibus saeuissimam tempestatem in mari concitantibus, Oceanum transfretarunt, ipsamq; argumentationibus nedū vocalibus, & ruetiā realibus, miraculis scilicet patiū, strenue cōuulerūt. Sed ecce post paulū, præcisæ iam hæresis vulgaris pestifera denuo reuirescit, sicut idē Chronographi cōscripterūt, quæ & idē Germanus & Seuerus || Treuerensis Episc. in Britan. venientes recidere denuo curauerūt. Adhuc ante et post volumina temporū Scotia reliquis pestis huius infecta sedis Romanæ solertia, epistolis salutaribus expurgavit,

Rom. 3.  
Antiq. 1.1.  
cap. 3.

Iof. 1.1b.  
dougl. 1.5.  
Psal. 11.

Lit. de bello  
Induc. 2.

Epist. ad  
Romanos.

Beda 1.

c. 17.

Fining. 1.2.

c. 6.

Beda 1.1.c.

2.1.

Hum. 1.2.

c. 7.

II Seronen. 1.1.

P R A E F A T I O.

purgavit, eodem venerabili Beda teste. Horum & meminit S. Prospere, L. 2. c. 19. licet hæc fucus fatua toties suæ præcisa, toties eradicate, toties combusta, incinerata & usque ad nibilum concalcata, quam late tamen & dense adhuc non definit germinare, & sua vitulamina vitiosa, quanto subtilius folio, tanio periculofius propagare?

Zelo igitur zelans pro causa Dei, sciens in flaminam terribilem manum mitto, Non enim ignoror quomodo Pelagiæ pestiferi animo afflanti tumultuosis clamoribus oblatrabit, & dentibus efferatis charitatem istam || lacerare molientur: & hi p̄æ cæteris solent liberius carpere aliena, qui nihil proprium ediderunt. Sed nomine, Iosephoreferente, propter hanc causam Chaldaei & Mesopotamia contra Abram consurgebant? Nonne & antiqui veri Prophetæ, propter causam Dei à Pseudo-prophetis, quamplurima sunt perpesi? Nonne & quidam indocti, Paulum doctissimum insanice arguebant, eiusque præclaras Epistolas d̄ prætulit? Nonne & Julianus alumnus Pelagi, gloriosissimo Augustino, imitatori Apostoli, & contra Pelagianos integratos gratiæ strenuissimo defensori adhuc viventi, quæcum multis criminationibus || obganniuimus, ac libros eius se ventilaturum, atque sententiarum suarum impietatē denudaturum & cōfossū iaduauit? Nonne & alij Pelagi defensores in Galliis, Augustino de morte iam ad vitam translato, scripta eiusdem reprehendere præsumperunt? Nonne & opimā Christi ac Patrum doctrinam sanctam facta & verba, multi multipliciter pessimabat? Et quis, aut quidam sum ego? Scio, quod non sum melior Patribus meis tantis, nec Domino meo maior. Veritatem totis semper visceribus iustum desidero correptorem; non oculum peccatoris, qui misericorditer increpando, non personam sed vitium illiprelequit; non hominem, sed errorem. Hoc enim vellem, & puto me facere mihi ipsi, & aliis, Deo teste.

Amplius autem quicunque hanc unam causam pertractare valuerit, necesse videtur, ut altius ordiendo, de cunctarum virtute causarum edisserat studiose: sed modulo meo pensato, admodum me deterret tam inaccessibilis rerum sublimitas, tam impenetrabilis rerum profunditas, tam impermeabilis rerum immensitas, & tam inextricabilis difficultas. Nonne apud Philosophos difficillimum reputatur, & ideo soli congruere sapienti, cognoscere causas rerum, quare & dicit Poeta;

Metaphys. 1. in Prolog.

Felix, qui potuit rerum cognoscere causas.

Virgil. 1.2.  
Georg. in fin.

Findare siquidem causas naturales entiū & propinquas, difficultate non modicā cōtinet & laborem: quāto magis totā vniuersitatē harū causarū, volatu

P R A E F A T I O .

<sup>II</sup> axioms  
theo-  
rem.

Bocu... de  
conf. Ph.  
topl. tr. 4  
pref. 6.

Job 21.

volutu mentis corruptela corporis aggrauata transcendere, & usque ad impenetrabile penetrale causarum supernaturalium, altissimorum, inacessibilium & inuisibilium penetrare, ipsasque velut Nycticoracis oculo caligante perspicaciter intueri, ac alios similes similiter eleuare, ipsorumque oculos depurare, ut & ipsi ipsas similiter contemplentur. Nonne & huic Theoriae noscitur adiacere scrutinium de uniuersitate causarum, de unica causa prima, de rerum productione, conseruatione & qualibet actione, de potentia, scientia, & voluntate diuina, de præscientia & prouidentia, de prædestinatione, electione, reprobatione & gratia, defato, casu & fortuna, de libero arbitrio, merito & peccato, de necessitate seu contingencia futurorum, cum alijs & anxietatibus dependentibus & emergentibus tot & tantis? Hæc igitur theoria totius Logicæ, Physicæ, Aeronomie, Ethicæ & Metaphysicæ seu diuinæ obſignatoria mysteria comprehendit; hic quoque omnium gentium & linguarum, graduum, sexuum, personarum disputatiſſimum est problema, à cuius ventilatione clamorosa, nec etiam idiota se temperat, neque anus. Aduertat quæſio vestra discretio quam per funclorię omnes illi glorioſi Philosophi, tam lacuiosam hanc Musam, vix à limine salutariunt. Quare & ipſa Minerua, cuidam suo alumno de istis sollicitate querantibz respondens; ad rem inquit, omnium maximam quæſitum vocas, cui vix exhausti quicquam ſuſtis. Nonne & Prophetæ ridentes clarissime horum quorundam excellentiam ſecretorum reuerberato intuitu, ipſa velut lippi & nesci, ac ideo queruli mirabatur? An non ille, cui ſimilis in terra non erat, unum articulum parvulum diuinæ prouidentiæ non explicans, ſed quareuloſe admirans, Sustinet, inquit, me, & ego loquar, & poſt mea, ſi videtur, verbaride. Nunquid contra hominem diuinitati mea eſt, ut merito non debeam conſtrictari? attendite me & obſtupſcite, & ſupponite digitum ori uestro, & ego quando recordatus fuero pertimesco, & concutit carnem meam tremor: quare ergo impii viuentibz ſublenati ſunt confortatique diuitiis? Annon & ille ſecundum cor Dei inuentus, qui ſuper omnes eum docentes, etiam ſuper ſenes intelligere ſe gaudebat, zelans ſuper proſpera peccatorum, pedibus penè motis effuſſisque gressibus concludebat, ſine cauſa ſe iuſtificaffe cor ſuum, & ſe inaniter caſtilaſſe, ſequi ſuper hoc ſlatim redarguens, quia ſic Dei filios reprobaret, ſubiunxit, ſe exiſtimaffe cognoscere? ſed hoc labor, donec Sanctuarium Dei intrans ibi intelligentiam conſequatur. Annon & ille amabilis Dom. qui cunctos ſapietia præcedebat,

quæplurimum

P R A E F A T I O .

quæplurimum queritur vniuersa iuſto & impio æqualiter evenire, & hoc eſſe pefſimum omnium aſſeruerat: immo quod iuſti tanquam impij ad. Eccl. 12. uerſitatibus quariantur, & impij velut iuſti proſperitatibus foreantur vaniſſimum iudicans, proſtitetur hominem etiam ſapientem, nullam poffe rationem attingere umnum operum diuinorum. Annō & ille ſanctificatus in utero tam ſublimis prophetæ, ut excelsus Domino vocaretur, mirabundus & querulus: Iuſtus, inquit, es Domine ſi diſputem tuū; deruntamen iuſta loquar ad te, quare via impiorum proſperatur, bene eſt omnibus qui præuaricantur, & iniquè agunt? Nonne & glorioſi A poſtoli primitijs ſpiritus glorianteſ, ſimilia ſimiliter mirabuntur. Nonne ille uas electionis clariffimum, & ſecretarius Dei tantus, ut etiam in tertium cælum rapuis diuinorum ſuret conſcius arcanorum, quendam ſinum huins abysſi ſcrutando, proſfunditate eius abſorptus compellitur exhalare, O altitudo diuitiarum ſapientie & scientiæ Dei! quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viae eius? Nonne & ille Apoſtoli ciuitatis Princeps, Clauiger cœli, & Spiritu Sancto plenus affirmit Paulum ſecundum ſapientiam: ſibi datam ſcripſſe Epiftolas coniuncte quædā diſſicilia intellectu? Sed ubi, quæſo, in totis illis Epiftolis obſtruſior diſſicilitas, quam in materie huius foſſis? Quot inſuper & quam famoſa ſtudiorum gymnaſia, que & quæ praecella Philosophorum ac Theologorum ingenia tantis retroactis temporibus, iſtud Chaos elaboratiſſime ventilarunt, & quantuſ efficerint, quantumq; poſteris ventilandū reſiquerint, quis non vide? Plurima namq; ipſius contenta videntur nedū non examinatissime ventilata, verū nec ad ventilabrum triturata. Hic igitur Chær. Anaxagoræ infinitu, hic inextricabilis Dædali Labyrinthus, hic Hydræ miraculū mōſiſruſum: immo & monſtruofor res quæ Hydra. In ipſa namq; uno capite amputato tria cōtinuò recreuerunt: hic autē & experientia & Pallade atteſſa- p. 10. 1. te, una dubitatione ſuccifa innumerabiles aliae renauſcuntur. Quis igitur tot & tam ſinuosa rerum inuolucra breui volumine explicabit. Nonne & hic eſt locus, qui Lapsus Sapientiū à ſapienſibus appellatur? Nonne & hic Charybdis & Scyllæ pericula cui libet perhorrenda? Quot namq; Charybdi prætergredi cupientes, in Scyllam Laceram impegerunt? Et quot Scyllā vitare curantes in Charybdis voragine inciderunt? Quis igitur præſupferit ſe tutum per mediū nauigare? ſed ſcio quid faciat, illi me nauis comittā, quæ perire non poterit, nauis Petri. In ipſa namq; autor & magiſter vnicus noſter Christus tutiſſime reſidiens, de ipſa legitur docuſ-

## PRAEFATIO.

se mysticè nobis insinuans, quod apud ipsam Petri nauniculam, apud Romanam Ecclesiam, totius Christianæ doctrinæ autoritas & magisterium remaneret. Huius igitur tam authenticæ, tantaque magistræ iudicio me totum, meaq; omnia scripta, seu scribenda plenè subiçio, integrèq; submissio; cuius & protectionem, ubi contra Dei inimicos pugnauero; corredionem, ubi errauero; approbationem, ubi rectè sensero, instantissimè positulo totis votis. Contra has quoque difficultates omnes & singulas, dulciter me confortat ille fortis adiutor, apud quem non est impossibile neque difficile omne verbum. Scio namque, Domine Deus, scio, quod te sustinentes non despicias, non deseris, non relinquis, sed sustines, doces, fones, circundas, roboras & confirmas. Hac igitur fretus fiducia, sub invictissimis signis tuis militaturus continuè accipio causam tuam.

Dignantibus autem opusculum istud inspicere, pro quotationibus textus Aristotelis, aduentendum, quod rōbi Averroes commentando exponit, quotatio sumitur secundum partitiones ipsius & particulas commentorum; alibi autem secundum divisiones capitulorum apud alios consueatas.



## CAPITVL

## CAPITVL A PRIMI LIBRI.

### CAP. I.

Primum premittit duas suppositiones: quarum prima est, Deus est summè perfectius & summè bonus, in tantum quod nihil perfectius vel melius esse potest.

Secunda est, Nullus est processus infinitus in entibus; sed est in quolibet genere unum primum.

### COROLLARIUM.

#### I. Pars.

Habet Corollarium morale continent 40. partes, contra 40. errores, quarum prima est contra Protagoram dubitantem Deum esse.

II. Contra Diagoram & insipientem negantes Deum esse.

III. Contra dubitantes vel negantes Deum habere realiter, equaliter vel supereminenter omnem virtutem & quamlibet bonitatem, & uniuersaliter quicquid melius est habere quam non habere, omnium modo omnia modo bonum esse, & omnitudinem bonitatem habere, quod melius est esse & habere, quam non esse, & non habere, ac omne vitium & malitiam non habere: & uniuersaliter omne illud non habere, quod non habere est melius quam habere, ut aliquod habitum aliquo alio modo habere, quod non habere est melius quam habere; aut quicquam frustra superfluum habere: vel non semper esse summè felicem, beatum, actualiem seu actum, ita quod nihil felicius, beatius, vel actuatus esse posset.

IV. Contra negantes Deum esse virtutis & bonitatis [cuiuslibet] simpliciter infinita.

V. Contra dicentes Deum non plenè sibi sufficere sed alio indigere.

VI. Contra credentes Deum non necessario, seu contingenter esse summè perfectum & Deum, ipsumq; esse mirabilem, irrefabilem, placabilem, triplabilem, testabilem aut passibilem nouerit, & cuncte alia passione; opinantes quoque quod Deus sit nomen accidentiale & non essentiale simpliciter.

VII. Contra negantes Deum esse omnipotentem actuè, & nullipotentem passuè; id est, non posse ab alio quicquam pati.

VIII. Contra opinantes Deum non esse substantiam & potentiam rationalem, habentem intellectum & liberam voluntatem cognitionem actualiter & volentem, putantes quecumque voluntatem diuinam non esse uniuersaliter efficacem, id est, non impudibilem, non frustabilē, non deficiē, item villo modo.

IX. Contra credentes Deum aliiquid ignorare.

X. Contra fingentes Deum ex membris humanis, vel alijs seu quibuscumque diversis compendi, negantesque ipsam esse substantiam simplicissimam, imperturbissimam, nullam compositionem, partibilitatem, magnitudinem habentem, magnitudinem felicis corporalem.

XI. Contra Zabisos & sapientes eorum Cœlum pro Deo colentes.

XII. Contra adoratores Solis vel Lune, Martis vel Iouis, cuiuscunque signi celestis, vel quotuncunq; signorum, & uniuersaliter cuiuslibet partis celi.

XIII. Contra fabricantes fibi Deos temporales, homines, animalia, arbores, ignem aut quicunque rem tam.

XIV. Contra rugatores & rugaces, qui multitudinem onerosam Deorum equalium eiusdem speciei, seu nature adorant.

XV. Contra fingentes multis Deos euales, natura seu specie differentes.

XVI. Contra ponentes confusionem multorum Deorum in equali virtutis, & dispari dignitate, siue eiusdem speciei, siue diversae.

XVII. Contra negantes Deum esse unicum, & non plures, affirmantesque esse possibile plures esse: negantesque necesse esse simpliciter esse unicum & non plura, affirmantesque esse possibile plura esse.

XVIII. Contra ponentes multa principia prima simpliciter contraria inuicem, quorum nullum reducantur ad aliud, nec omnia ad aliquod. Vnum illis commune: puta bonum & malum, ac conseruentur